



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 41. Cardinalis Lotharingii responsum circa controversiam de Sedis
prærogativa inter Hispanos, & Gallos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. ministris, qui propositas a Pontifice
A.C. 1563. conditiones non adimpleverunt, quam-
 vis æquissimæ juxta, ac facillimæ essent,
 ipso fatente Cardinale. Idem Ponti-
 fex ad plures alios Viros, qui in Sy-
 nodo erant, literas dabat, & quidem
 inter alios Martino Mascaregnæ Lus-
 tano Oratori a Vicecomite redditæ
 sunt duæ epistolæ, quarum una a Pon-
 tifice, altera autem a Cardinale Bor-
 romæo scripta erat, ubi grates illi age-
 bantur, honorificentissimis sane verbis, ob
 eximium hujus Oratoris studium in pro-
 movenda Concilii concordia, Sedisque
 Apostolicæ dignitate sustinenda.

§. XLI.

*Cardinalis Lotharingii responsum cir-
 ca controversiam de Sedis præro-
 gativa inter Hispanos,
 & Gallos.*

Pallov. l. 19. c. 16. n. 3. In sequenti congregatione Lotharin-
 gius Cardinalis rursus quæstionem
 circa Sedis prærogativam agitabat, hunc
 in modum respondens: colloquium ha-
 „bui cum Oratoribus Gallicis, & cum
 „paucis quibusdam a regio Consilio, qui
 „adsunt, inter quos omnes convenit, quod
 „nunc, cum adhuc Rex sit pupillus, fas
 „non esset ministris, assentiri cuiquam
 „mutationi, quæ veterem juris, ac præ-
 roga-

„rogativæ possessionem illi revocaret in
 „dubium: quo major enim est Oecu-
 „menici Concilii auctoritas, tanto ma-
 „jor tribueretur fides edito illic exem-
 „plo: continuata autem Christianissi-
 „mi Regis promerita apud Ecclesiam
 „nequaquam patiuntur, minores, mi-
 „nusve patentes ipsi honores exhiberi
 „ab hac, quam ab anteaactis Synodis
 „ejus Majores acceperant. Demum
 „quicumque locus Hispano Oratori da-
 „retur, si est a consueto diversus, seu
 „infra Gallos non collocaretur, jus cla-
 „rum, ac minime dubium labefactare-
 „tur, ac proinde quoddam spoliationis
 „genus crederetur: qua agendi ratione
 „Galliarum Oratores ad discessum co-
 „gentur, non sine periculo dissolvendi
 „concordiam illam inter duos Reges
 „adeo necessariam in præsentis Religio-
 „nis statu: singularis insuper ratio ha-
 „benda est de Carolo IX. Rege, ut com-
 „pensentur labores, quos ille tolerat
 „magna ex parte, ut Ecclesiam susti-
 „neat: præsertim cum eidem quoque
 „faveat auctoritas prudentissimi Sena-
 „tus Veneti, qui in ea lite judicat,
 „servandam esse Regis Gallici possessio-
 „nem, permessa partibus libertate suas
 „rationes expendendi.

Ea Cardinalis responsio tanto gra-
 vius perculit Legatos, quanto majo-
 rem

Sæcl. XVI.
 A.C. 1563.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.
rem prosperi successus spem ipsis fecerant Hispaniæ Nuntii, & Borromæi Cardinalis literæ: nihilominus tum hac in re nihil decisum est.

§. XLII.

Franciæ Oratorum postulata de proponendo decreto circa residentiam.

Pallav. l. 19.
s. 6. n. 4. 65.
Psalm. p. 683
Feria tertia die Beatæ Virgini purificatæ sacra Franciæ Oratores Legatos adibant, afferentes, proponendum esse decretum de residentia receptum in conventu, qui coram duobus Cardinalibus Lotharingio, & Madrutio habitus fuit. His addebant: „ hic fuit omnium Conciliorum mos, ut in cœtu generali referrentur, quæ in peculiari- bus statuta fuerant: prout pariter duo illi Cardinales Lotharingius, & Madrutius censent, qui sibi in animum inducebant, nolle Præsides Decretum illud sententiis exponere, quin ejus comprobationem præviderent. „ Legati, cum studerent suam tueri dignitatem, ac potius leges præscribere, quam a quocunque privati juris viro illas accipere vellent, Gallis hæc reposuere: „nostro muneri satisfaciamus, ac petito vestro annuemus. „ Postea cuncti simul convenere Cardinalem Lotharingium, eidem exponentes, quod haud
con-